

## De signis propinqui iudicii dei

esuriam et inreparationem in omnia opera tua que tu facies. Sequitur. Trozem accipies et alter dormiet cum ea. domum edificabis et non habitabis in ea. plantabis vineam et non vindemias eam. bos tuus imolabitur coram te et non comedes ex eo. asinus tuus rapiet in conspectu tuo et non reddet tibi. oves tue dabunt in unum tuis et non erit qui adiuet. filii tui et filie tue tradentur alteri populo videndum oculis tuis et deficiet tuis ad conspectum eorum tota die: et non erit fortitudo in manu tua. Fructus terre tue et omnes labores tuos comedet ipse quem ignoras. et cetera similia. Ecce vindicte scelerum. ecce premonitio populo: ecce quod prope sunt iudicia peccatorum. Quare nisi quis fuerit gladius suum vibravit arcum suum tetendit et pavit illum et seo paravit yasa mortis. i. flagella mortalia propter duodecim scelera supradicta: quod vindicte est dominus de his oibus. A quibus oibus putaverat perversione et emendatione eripiat nos ampla misericordia saluatoris nostri iesu christi cui propitius est oibus ad se redeuntibus misereri semper et parce christus iesus: qui cum patre et spiritu vi. et reg.

Feria. ij. post secundam dominicam in quadragesima de signis prope que cognosci potest quod dei iudicia sunt propinqua. Sermo. xix.

### Oriemini in peccatis vestris

in peccatis vestris Jo. viij. et in euangel. hodie. Triplex est genus mortis. Quidam enim moriuntur peccato quodam mortuuntur propter peccatum: quodam modo in peccato. Primum quidem sunt qui moriuntur peccato et hec mors desiderabilis est: in qua anima in charitate resurgit. Unde ad Iherosolim. vi. Qui enim mortuus est peccato iustificatus est a peccato. Secundi sunt qui moriuntur propter peccatum: et est mors detestabilis. Unde ps. Abors peccatorum pessima. Tertij sunt qui moriuntur in peccato: et hec est formidabilis mors pro qua effugienda orabat ps. dicens. Illumina oculos meos ne videri obdormiam in morte. Felix enim est mors prima. infelix secunda. infelicior tertia. sed secunda cum tertia iuncta infelicissima dicitur. scilicet quod propter peccata et in peccatis omnino a charitate separe a se moriuntur. De hac sic duplicata morte contra sceleratos populos dominus comminatur dicens. Oriemini in peccatis vestris. scilicet quod propter scelera vestra ad mortem triplicatam. scilicet corporalem spiritualem et eternalem: mittet dominus iudicia secura super vos. Sed quidam timorosi aut curiosi forte dubitant et cum apostolo ad act. xxiij.

a domino interrogant dicentes. Dic nobis quod hec erunt et quod signum advenit tui. scilicet ad saltem puniendum. Audiant ipsos demones magis desiderio ad flagellandum paratos quam domino scelera populi allegantes dicunt. Ipsa faciendi domine dissipaverunt legem tuam ps. cxviii. quod verbum potest esse aliud thema. In quibus verbis triplex peccatorum typus ostenditur. Primum est emendationis expectare. ibi. Ipsa. Secundum punitis proparare. ibi. faciendi domine. Tertium offensiois presumere. ibi. dissipaverunt legem tuam.

Articulus primus cum quarta patientia et multimoda misericordia expectat deus penitentiam peccatorum

Primum quidem typus est emendationis expectate: quod dicit ipse. scilicet antique misericordie dei peccatorum demerere. Tunc enim expectationis. scilicet antequam puniet deus et exerceat sua dura flagella: quantum misericordias porrigit eis deus. Primum misericordiam suspendentem. secundam ad penitentiam revocantem. tertia offensam remittentem: quia gratiam offerentem. Quas misericordias ostendit iesus crucifixus. Primum in pedibus affixis. secundam in manibus extensis. tertiame in capite inclinato: quantum in latere aperto.

Cum imensa misericordia suspendit dominus misericordiam ne subito ut merentur peccatores puniantur. Capitulum. j.

Primum misericordiam. scilicet misericordiam suspendentem offert peccatoribus dum pedes cruci tenet affixos. Non enim ad executionem sine currit. non festinat irasci: sustinet. dissimulat. expectat. Non quidem pius deus irascit pro singulis diebus. Unde Sap. xj. Adhereris omnino domine quoniam omnia potes: et dissimulas peccata hominum propter penitentiam. Et revera omnes dicere possumus illud Iherosolim. iij. Absit domini quod non sumus presumpti. Et miror certe si quibus in se hoc non miratur. et cum ipso sustinentem mala multiplicant ipso dissimulante peccata aggruant: ipso insuper expectante animi indurant. Unde Eccles. viij. Quia non cito proferatur sententia contra malos absque illo timore filij hominum propter mala: iuxta illud ad Iherosolim. ij. propter duriciam tuam et impenitentem cor thesaurizas tibi ire in die vindicte. Et paulo ante ad populum duri cordis ait. An divitias bonitatis eius et patientie et longanimitatis premittis?

Cum quarta misericordia et dulcore revocat ad se dominus impios peccatores.

Capitulum. ij.